



Hyperdvlia Mariana

**Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus**

München, 1636

XXIX. [i.e. XXX.] Hyperduliae species, In B. Mariae Virginis honorem coronam Rosariam circum brachium instar armillae, aut circum collum instar torquis gestare.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

suscipi in perpetuum Dominae seruum,
 Plus obtinuit, quam voluit. Nam non
 tantummodo in eius seruum, vernam,
 famulum, sed in perpetuum eius etiam
 filium susceptus est. Rogavit Berch-
 mannus Dei Matrem, ne se desereret in
 hora mortis. Impetrauit abunde, quod
 rogavit. Nam non tantummodo non
 deseruit Mater filium, sed moribundum
 desolatūque miris solatijs, delicijs,
 gaudijs inundavit; Ideoque Berchman-
 nus quemadmodum speravit, tam sua-
 uiter, feliciter, hilariter ad agenda perpe-
 tuum Hilaria expiravit.

X X X.

HYPERDVLIÆ SPECIES,

In B. V. honorem coronam
 Rosariam circum brachium in-
 star armillæ, aut circum col-
 lum instar torquis ge-
 stare.

N

g. l.

§. I.

Multos numerat aula mundi Torquatos, qui colla torquibus aureis, argenteis gemmeis ornant, immoderant. Nam vel vnicus vnio, terræ nutal, cum auro superbiam iungit, subinde multis agrorum iugeribus, totis regnis præponderans, nec funtamentis demandandis, nec parientimoliendis, nec fastigijs sustinendis, tectis densandis necessarius, solum pæ stuporem ædificare nouit, quia tatur vt niteat, subdolè substruitur vt reat, anxie foratur vt pendeat, & tuum auro lenocinium præstet. Ceterum hos inter mundialis aula Torquatos eminuit ille, qui postquam ad Anienem occiso torquem detra porro Torquatus apud posteros aueruit.

Verum enim verò quemadmodum habet Torquatos aula mundi, sic habet etiam aula cæli. In horum censu quò referri Berchmannus posset, vum

vum torquis genus à Rosis, sacris nempe precibus Mariano Rosario contentis mutuatus est. Marianum illi Rosarium non tantummodo pro armillâ, sed etiam pro torque fuit. Nam somnum capere amabat Rosario circum brachium conuoluto in morem armillæ militaris, quod extremâ vita suspensum è collo (primos Ordinis sui duces imitatus) torquis instar portauit, seque hoc torque tanquam germanâ Marianæ pietatis tesserâ, pium cælestis aulæ Palatinum ostendit militarique armillâ circum brachium indutus sese fortissimum Christi militem sub sanctissimo gloriosissimæ crucis labaro stipendia meritum declarauit. Nam teste Job: Militia est vita hominis super terram.

Cepar pag. 16.

Vid. Nicol. Orlandini, in hist. soc.

S. I I.

Premium Hyperdulie

Fuit, quod (cum torques à torquendo nomen acceperit) non quidem suas

ceruices pio Rosacei torquis ponder
 aut onerarit, aut grauarit, aut torserit
 sed stygium & (quemadmodum eum
 diuinus codex appellat) tortuosum
 colubrum; omnesque huius affectus
 impijssimos hæresiarchas Mariomag
 gas; nec hæresiarchas tantummodo
 etiam nostri temporis hæreticos p
 modum vniuersos. Hunc torquem
 nam hæresis, vt veritatis orthodoxi
 hostis, non aestimauit, ideo eum Beatus
 mannus illi detraxit, suæque appendit
 ceruici, pectus ornauit, Matrem
 Virginem honorauit, gloriosissimam
 non hostis Galli ad Auiem, sed
 draconis ad stygem domitor, et
 pugnator, debellator, victor,
 triumphator.